AVGVSTINI BEROII

BONONIENSIS IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,

& in Gymnaſio Bononienſi Iuris Pontificij primarij Interpretis.

In Librum Tertium Decretalium Commentarij.

HAC POSTREMA EDITIONE NON ABSQVE SOLERTI LABORE REPVRGATI.

Omnibus cum in Scolis, tum in foro verſantibus apprime nedum vtiles verùm & neceſſarij.

Cum Indice omnium materiarum locupletiſſimo.

Collegii R. Regal. Salmant. Soc. Ie.

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.

M D L X X X.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

AVGVSTINI BEROII IVRISCONSVLTI BONONIENSIS, In Librum Tertium Decretalium Commentarij.

Rubrica, de Reb. ecc. non alienan.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuerſalia negatiua magis generaliter negant, & excludunt, quàm affirmatiua vniuerſalia includunt.*
2 *Rubrica quando negatiuè, & quãdo mixtim poni ſoleant.*
3 *Alienæ rei alienatio quomodo ſit valida, et quomodo non.*
4 *Spiritualia ſine temporalibus eſſe non poſſe quomodo intelligatur.*
5 *Prebenda, & beneficia eccleſiaſtica an, & quomodo dicantur res ſpirituales, vſq; ad nu. 17.*
6 *Prebenda laico concedi poteſt, & quo iure, nu. 13.*
7 *Prebenda dupliciter capitur.*
8 *Prebenda ſemper ex temporalitate conſiſtit.*
9 *Denominatio compoſiti ex diuerſis ſpeciebus a qua fieri debeat.*
10 *Dignius quando trahat ad ſe minus dignum, & quando contra.*
11 *Ius patronatus nõ eſt quid merè ſpirituale, ſed illi annexũ.*
12 *Spirituali connexum non efficitur ſpirituale.*
13 *Ius patronatus competit laico ex gratia generali, & non ſpeciali.*
14 *Spirituali annexum quid largè, & ſtrictè dicatur, & n. 17*
15 *Beneficia & dignitates eccleſiæ quare dicantur res ſpirituales.*
16 *Spirituales quot modis ſumatur.*
18 *Res & bona temporalia eccleſiæ quorum eſſe dicantur.*
19 *Prælati, & rectores quare domini rerũ eccleſiæ dicuntur.*
20 *Eccleſia vniuerſalis vna eſt in plura membra diuiſa, cuius caput eſt Chriſtus.*
21 *Eccleſia vniuerſalis dicitur vxor, & ſponſa Chriſti.*
22 *Eccleſia in hac rubrica largè ſumitur.*
23 *Prohibitio alienationis rerum ſacrarum quando ſit fauorabilis, & quando odioſa.*
24 *Alienatio quatuor modis capitur.*

Hæc rubrica, omiſſa cõtinuatione Abb. & ſcribentiũ, dupliciter habetur; nam quidã libri habent de rebus eccleſiæ alienandis, vel non, quidã verò de rebus eccleſiæ non alienãdis per verba merè, & ſimpliciter negatiua, ita quæ magis cõiter habetur hic, in libro 6 & cle. quæ potius p verba merè negatiua magis placet; tum quia regulariter, magiſq; vniuerſaliter alienatio rei eccleſiæ dr̃ eſſe prohibita, & permiſſa ſolũ in caſib. ſpecialib. exceptis, vt in c. ſine exceptione. 12. q. ij. c. nulli. ij. eo. & hẽ p gl. ſumme. 12. q. 2. & c. 1. eo. ti. li. 6. ibi, hoc cõſulto
1 tiſſimo prohibemus &c. & q verba vniuerſalia negatiua, & priuatiua magis gñaliter negãt, & excludunt, q̃ affirmatiua vniuerſalia includant, l. alienationis. §. donationis. cũ glo. ff. de verborũ ſignifica. Ant. de But. in c. cũ dilectus. in fi. 9. col. ẽ. de conſuet. 3. no. in c. 2. de reg. iuris. in 6 do. meus Soc. in l. ſeruũ electionẽ. in vlt. col. ff. de lega. 1. Tum
2 quia ſ vbicunq; materia ſubiecta gñaliter, & regulariter eſt prohibita, rubricæ in hoc libro negatiuè poni ſolent, vt patet ex rubrica de ſeruis non ordin. de obliga. nõ ordin. ſed cũ materia eſt indifferens, & cõis, ſolẽt tradi mixtim: hoc eſt negatiuè, & affirmatiuè, vt patet ex rubrica de fil. presbyt. ordin. vel non, itẽ de corpo. vitia. ordini. vel non cũ ibi not. itẽ de oblig. ad ratioc. ordi. vel non. in ſecto nigro prædictarum rubricarum. At ſubiecta materia huius tituli regulariter eſt prohibita, quia dũtaxat in aliquib. caſib. alienatio ex iuſta cã conceſſa eſt, vt dixi, & exceptio firmat, facitque regulam in caſib. non exceptis, l. nam qđ liquide. §. fi. ff. de peni. lega. l. qui neq; in fi. ff. de reb. eorum, c. dominus, 32. q. 7. ergo &c. ¶ Nec aduerſatur, q ha betur in rubrica. C. de reb. alie. nõ alienã. & de ꝓhibita rerum aliena. vel hypoth. & tamen regulariter res aliena vẽdi, & alienari põt. & ſic materia eſt poſitiua, vel ſaltem indifferens, & cõis; quia primò dici poteſt, prædicta magis fuiſſe obſeruata in hoc volumine, ac in alijs libris pontificij iuris, q̃ in libris iuris ciuilis: qm̃ rubricæ decretalium aliorũ Pontificij iuris ſunt authenticæ, & de textu, vt habetur per glo. & doctor. in ꝓœ. vi. libri. Vel ſecundò for-
3 te reſponderi põt, q licet res aliena regulariter vendi poſſit, & venditio dicatur valida, hoc eſt verum reſpectu venditoris, vt ipſe de euictione teneatur, ſed non reſpectu domini, cuius eſt res, quia ipſe rem euincere põt. l. rem alienã. cũ ibi nota. ff. de contrahen. empt. l. ex empto. in prin. ff. de act. empt. & cõſequenter dicere poſſumus, q quo ad effectũ res aliena vendi, ſeu alienari non põt. l. qui prædiã. & l. fi. C. ſi res alie. pigno. data ſit cũ ibi not. ¶ Non obſtat ẽt rubrica de ſacra. non iterã. q materia eſt indifferẽs: quia regulariter ſacramenta iterari, & non iterari poſſunt, diuerſis reſpectib. ſuis. not. p gl. ibi: qm̃ tamen, ſub illo titulo ſolũ tractari de ſacramẽtis, quæ nõ iterant. Secũdò dici põt, q cũ rubricarũ poſitio ſit merè de iure poſitiuo, rubricæ in quacunque materia ad libitum conditoris poni poſſunt, nec de rõne quærendũ eſt, quare magis affirmatiuè, q̃ negatiuè illas poſuerit, arg. l. nõ omniũ. ff. de legi. c. pro
4 poſuit. de conceſ. præben. c. quia. o. de rãnſa. præla. ¶ Ƒ Ret enta ſcribentiũ, & Abbatis continuatione, primò aduertendũ eſt, dum in ea dicitur, ſpiritualia diu eſſe non poſſe abſque temporalib. nam And. Barba. hoc non bene dictũ eſſe inquit: qm̃ ſi anima, p quã ſpiritualia ſignantur, c. ſolitæ. de maiori. & obed. diu viue, & ſpũaliter ſine corpore viuere põt. c. Moyſes. 32. q. 1. cur ẽt ſpũalia diu ſine tẽporalib. eſſe nequeant: cũ temporalia per corpus ſigurentur. d. c. ſolitæ. Nec tex. in c. ſi quis obiecerit. 1. q. 3. Poſt illud, ad quod hic per docto. allegatur, dicit enim, q ſpiritualia non proficiunt ſine temporalia. ſicut aĩa non proficit ſine corpore; viuit tñ ſine corpore antequam in illo ſit, & poſtquam de eo exiuit, d. ca. Moyſes. & ita inquit Barba. hic in fin. cui tu addas gloſſ. in c. illud. de maio. & obed. quæ dicit, ſpũalia eſſe temporalib. digniora. quò ad quid: qm̃ ſpũalia ſine temporalibus non proficiunt, ſicut non aĩa ſine corpore viuit, hoc eſt corporaliter. d. c. ſi quis obiecerit. qui text. vt patet, non prohibet, quin vnũ ſine altero eſſe queat, vt dicit Hoſti. in ſumma de præbẽ. in §. cui ſit. columna vltima. qui etiã in ſumma de ſimonia. in §. quid ſit. verſ. vero &c. dicit ſpũalia ſine tẽpalibus in nullo proficere temporaliter, ſicut nec anima corporaliter ſine corpore viuit. dicto capitulo ſi quis obiecerit. Declara itaque mentem doctorum, & text. in d. capitulo ſi quis obiecerit. quem allegant, quòd ſicut anima ſine corpore non viuit corporaliter, ſic ſpiritualis ſine tẽporali in nullo proficit, videlicet temporaliter, non tamẽ 3 ex hoc infertur, quin vnum ſine altero eſſe poſſit.

tem habet in proprietate, & temporalibus eccleſiæ, quam laicus etiam patronus.argu.c.noverint.c. decretum. & c. 2.x.q.1.c.2.& 3.de reli.do.c.omnes Baſilicæ. xvj.q.vij.c. cum & plantare.de privil.Item quia laicus etiam patronus non habet proprietatem,nec temporalia eccleſiæ,ſed ſolũ ius patronatus c.piæ mentis.xvi.q.vij.c.nobis.& c. ſi. infra.eod.& nemo dat,quod non habet,c. quod autem. ſupra eod.l.vniverſæ.C. de lega.& ſolum ius,quod quis habet in alium transferre poteſt.c.nuper.de don.inter vir.& vxo. Debet ergo hic tex.intelligi, quando laicus patronus ſimpliciter donaret eccleſiam loco religioſo,quo caſu cenſetur donare quo ad ius quod ipſe in eccleſia habebat,hoc eſt ſolum ius patronatus,& ita in dubio eſt intelligẽdum, prout ſupra latè examinavi in c.quod autem.ſed eſt differentia, an patronus laicus velit transferre ius patronatus in locum religioſum per donationem factam expreſſè de iure patronatus, & tunc valet abſq; epiſcopo. ſi autem per donationem factam ſimpliciter de eccleſia,& tunc aut cõſtat ipſum voluiſſe transferre ſolum ius patronatus, & ſimiliter donatio valet, aut ſumus in dubio,& tunc non valet etiam quo ad ius patronatus, niſi epiſcopus cõſentiat, ſicuti hæc differentia optimè probari videtur in d.c.illud in c.cum laici.& in c.quod autem.ſupra eod.in fi.& ratio eſt; quia donando eccleſiam tentat actum in ſe illicitum, & ideo non valet etiam quo ad ius patronatus, quod ſolũ in dubio transferre voluiſſe cenſetur,niſi interveniẽte cõſenſu epiſcopi ab initio,vel ex poſtfacto, aut legitima præſcriptione ſequuta,& hic eſt propriè caſus huius text., qui aliter intelligi non poteſt.

¶ Quo intellectu ſtante non obſtat contrarium formatũ hic per glo.circa quod & ipſa,& docto. multum laborant; quia reſpondeo, quòd hic præſcriptio cum bona fide procedit, nec eſt verum, donationem fieri contra interdicta canonum; quoniam fiebat donatio de eccleſie non quò ad proprietatem,nec quò ad temporalia eccleſiæ, ſed ſolũ quò ad ius patronatus quod eſt ſecundũ iura c.vnico,c. ut.& c. illud ſupra eod.cum ſimi. & ideo præſcriptio potuit procedere,ſi monachi,& religioſi,quibus eccleſia ſuit donata,in bona fide fuerint. Nec obſtat,quod ſi non intervenit conſenſus epiſcopi,errant in iure,& contra iura mercantur,ergo præſcribere nequeunt, vt hic in glo. Quia hæc non obſtant; quoniam concernunt validitatem tituli, & vbicunque non obſtat ius,vel præſumptio;tunc non requiritur titulus, ſed ſufficit bona fides c.1. de præſcrip. in 6. Sed ius non obſtat, quominus quis poſſit donare loco religioſo ius patronatus etiam ſine epiſcopo,ergo &c. & vide Abb. in c.cum eccleſia.de cau.poſ.& proprie. & quamuis in tali donatione de eccleſia conſenſus epiſcopi non interveniat,quo caſu donatio non tenet vt ſupra tamen ob hoc non dicitur fieri donatio, neque mercatus contra legum interdicta;quia iura hoc caſu mercari non interdicunt d. c.vnico & d.c.illud. quamuis conſenſum epiſcopi requirant. ¶ Et id quod dicitur in mala fide cenſeri, & præſcribere non poſſe,illum,qui contra legum interdicta mercatur,debet intelligi,quando alienatio penitus a lege interdiceretur adeo,quod nec cum ſolennitate admitteretur, 9
vt quando quis vellet alienare bona eccleſiæ abſque iuſta cauſa, vel vendere ſine terra,& gleba agricolas,& cẽſitos, vel alienaretur res, quæ non eſſet in commercio noſtro, vel fieret donatio de re propria inter virum, & vxorem, vel inter patrem, & filium, quæ non valet, & ita intelligatur l.1.ff.pro dona.cum ſimi.& ita loquitur tex. in l.quẽadmodum. C.de agrico.& cenſi. libr. 11.l.iubemus. C. de epiſcopis & cleric. & c.cauſam ſupra de præſcription. Cogita tamen. Alia non dico in hoc capitulo. Laus Deo.

Auguſtinus Beroius Iureconſultus Bononien.

FINIS.

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.
M D L X X V I I I.